



2b. 15



53  
62

RECTOR  
ACADEMIÆ FRANCO-  
FURTANÆ  
CHRISTOPHORUS  
PELARGUS

Theologiæ Doctor & Profess. Pub. Omnis Mar-  
chiae Superintendens & Ecclesiæ Francofurt. Pastor, Or-  
dinis Theolog. Senior & p. t.

DECANUS

*Ad funeris exequias  
cobonestandas*

*Quod*

*Filiolo suo desideratissimo*

CHRISTIANO RUDOLPHO

*Vir CL. & Experientiss.*

DN. GOTHOFREDUS WEIDNERUS

Medicinæ D. Profess. Publ. & p. t.

DECANUS

Illustrissimorumq; LigioBregensium in Silesia  
Principum Medicus,

*Horis hodie pomeridianis ducere instituit*

Omnes Reipubl. litterariæ Ci-

ves peramanter invitat.

*Litteris.*

FRIDERICI HARTMANNI,

ANNO CHRISTI

cl. l. cxxiv.

FACTO  
ACADEMIA  
CHRISTOPHORI


Theological Faculty  
of the University of Halle  
Oratio  
Inauguralis  
D. GOTTFRIDUS  
WILHELMUS

CHRISTOPHORI  
WILHELMUS  
D. GOTTFRIDUS  
WILHELMUS

CHRISTOPHORI  
WILHELMUS  
D. GOTTFRIDUS  
WILHELMUS

FACULTAS  
THEOLOGICA



 O Elefissimam inter artes hominum san-  
luti quaesitam Medicinam esse, non tam  
Pithagora, si Apollonio fides habetur,  
epist. XXIII, quam natura vox est, τὴν  
τέχνην τῷ θεῷ προσεῖναι solentis, ut  
inter phacasiatos & palliatos ait Hippo-  
crates in libri meditullio de prisca Medicina, nec Phalaris  
tyrannus repugnat epist. LXX. cui medicus usurpatur τῆ  
κτίσωντ ὁ θεὸς τὴν τέχνην ἀξία φρονεῖν τῶν αἰδευθεῖς.  
Quin & profundior Hebraeorum doctrina inculcat, Medi-  
cum esse honorandum, quod propter necessitatem illum cre-  
avit altissimus: & Sapia Bibliotheca Salomon, Medici-  
na, inquit, à Domino Deo est, & vir sapiens non contemnet  
eam. Quis enim, dicebat Policratici de nugis curialium  
scriptor lib. secundo extremo, praconia illius declamare suffi-  
ciat, qui salutis artifex, procreator vitae, in eo Dominum  
imitatur, & vices ejus agit, qui salutem, quam ille opera-  
tur, & quasi Dominus & Princeps donat, iste oeconomus  
& minister procurat & dispensat? Hinc Philon medicus ut  
videtur nobilis, quum medicamenta ad medendi usum qua-  
sitissima concinnaret, & regias quasdam, ut Plutarchus  
scribit, & alexipharmacas potestates conficeret, eas, quod  
salutares & divinas quodammodo sciret, θεῶν χεῖρας,  
Deorum manus, veluti adagione quodam appellitare con-  
sueverat. Quod si qua Medicos dignitas, ea semper ceu pedis  
sequa comitaretur Felicitas, sibi potissimum suisve doctas  
ada

adhibendi manus & salutare: nunquam forte illud san-  
nionum vel per iocum, audirent dicitur, Medice curate  
ipsum: siue decantatum illud Euripideum carmen, ἄλλων  
ἰατρὸς αὐτὸς ἔλθεσι βρύων, ap. Suidam εὐριπίδ. & Gale-  
num de sanitate tuenda lib. V. cap. I. siue quod Æschylus ait,  
in Prometheus. CCCCCLXII. Κανὸς δ' ἰατρὸς ὅστις ἐσὶ νό-  
σον

Πεσὼν ἀθύρεις, καὶ σεαυτὸν ἐν ἔχεις

Εὐρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμον.

Malus es medicus, qui in morbum prolapsus animū despon-  
des, nec habes invenire, quibus medicationib: tuam suscipias  
operandam salutem. Verū enim verò, tanta morbi istius,  
qui jam insedit atq; inveteravit in omni hominum natura,  
cui vis omnis morborum & mors ipsa suam debet originem,  
deprehenditur violentia, & deformitas, ut antidotus nul-  
la morbum exterminet, mortem nullum alexicacon eliminat.  
Latet iste morbus, quæ Chrysologi verba Serm. CXII occul-  
tus, per quem omnium secreta medullarum & venarum  
meatus in ipsorum vitium tendunt exitium, & quandam  
σύνκρισιν in omnibus generat internis. Hic vulnerat ani-  
mam, & cōplet maculis, quod Ischyus in Leviticū cap. XIII  
ait: quas nullus eluit liquor, nullus depellit succus. Hic non  
tantū magnos, sed infestat & parvulos: & non tantū noxi-  
os, sed & devastat innoxios, innoxios dico à culpa propria, nō  
parentis: ut maximè lamentanda videatur infantulorum  
conditio, qui vix vitam degustarunt, & parentis principis  
solvunt pœnam, luunt peccatum mundi, qui mundum cogni-  
tum,

tum non habent. Scaturit in humana natura peccatum,  
quod morbi instar sanguinem animæ nostræ effundit. A me-  
dicis autem hoc est sapientibus mundi, sed & à lege & Pro-  
phetis non posse curari, verissimè pronunciat Theophylactus  
in V caput Marci. Proinde meritissimo iis, qui lima æquioris  
iudicii neglecta Medicos incusant, quod vitam, nec infan-  
tissimis, nec aliis vel paucorum annorum accessionem emen-  
dicantibus, prorogare queant, oggeritur, quod medicorum  
potissimus Hippocrates lib. περὶ τέχνης scripsit: si quis ab  
artis facultate ea, quæ artis non sunt, aut à natura, ea, ad  
quæ nata inepta est, requirat, is istud non intelligit, magis  
ad insaniam cum imperitia conjunctam, quam ad inscien-  
tiam accedere. Quorum enim tum per naturæ tum per ar-  
tium instrumenta participes sumus, eorum nos opifices profi-  
temur: non itidem aliorum. Si quid igitur homini contigerit,  
quod Medicina instrumenta superet, id ne sperandum qui-  
dem est ab arte Medica evinci posse. Et qui possunt sperare,  
qui conditionem norunt humanitatis, omnibus à rerum natu-  
tura, & accipiendi spiritus & reddendi, eodem temporis  
puncto, legem dici? qui possunt naturam impugnare, & sibi  
aliisve legis istius gratiam facere, qui adminiculantur opi-  
tulanturq; naturæ? ἵπηρετεῖτε καὶ συμπράττετε τῇ φύσει  
σὺν ὁμοίᾳ τῷ, quod Galenus περὶ ἀρίστης διδασκαλίας  
cap. XIII & passim inculcat.

Subiit hoc naturæ decretū & CHRISTIANUS RUDOL-  
PHUS, Viri in utraq; Medicina Experientiss. & Clariss. Dn.  
GOTHOR

GOTHOFREDI VVEIDNERI, Doctoris & Professoris  
Publici, & pro tempore Facultatis Medicæ Decani, Collegæ  
& Compatriis nostri plurimum honorandi, filiulus, IV. No-  
nas Maias anni volventis circa septimam matutinam na-  
tus. Et cum fati violentiam parens sagacissimus nec præ-  
videre, nec impedire valuit, spiritualis istius morbi baud im-  
memor, Medicus ipse ad cœlestis Medici auxilia se conver-  
tit, ut cuius morbi curationem cura sua non inveniret, poten-  
tia superna mederetur: Sidonius Apoll. libr. II. epist. XII.  
deliciasq; suas salutaribus Baptismatis undis abluere curavit,  
susceptoribus & vota simul facientibus Illustrissimo & Au-  
gustiss. Ligio Bregensium in Silesia Principe ac Domino, Dn.  
GEORGIO, aliisque piissimis urbis huius hominibus. Verum  
& morborum & mortis, ex genitivo isto enascentium morbo,  
capacem se esse, mox ostendit, menseq; Julio, in absentia  
parentis sui, cum diarrhæa conflictari cepit: ex qua cura  
quidem & consilio Clariss. Collegarum Dn. D. Francisci Or-  
nichii & Dn. D. Johannis Pelargi jam inter Calites degen-  
tis, eluctatus est: sed rursus VII. Eidus Sextileis eâ corre-  
ptus, nil quicquam proficientibus remediis, huic ætate con-  
venientibus, tertio die Eidus dictas ante diem ortum circa  
tertiam accedentibus magno agmine aliis gravioribus sym-  
ptomatis, Deo parentum suspiriis commendatus, à terre-  
no ad cœlestem Medicum, à mortali ad immortalem transi-  
vit parentem, atq; ita tantillum temporis, quod vixit & in  
neutra



neutra constitutione trigemina Galeno de arte medicinali  
cap. VI. sic dicta, consumsit, aeterna mutans vita, per-  
venit

Ad mundi potioris iter, regnumq, perenne,  
Caestis patria; jam non hic arida febris  
Nec bellum nec morbus erit, nec iniqua potestas.  
Non reptans tacitas infantia conteret annos  
Curva nec exusto sulcabitur ore senectus:

Ut non invenuste Rusticus Elpidius canit in Christi de Be-  
neficiis Carmine.

Inopinatus filioli obitus quamvis fidelem mentem non  
possit non tangere, non movere: agnoscit tamen Dn. VVEID-  
NERUS divina Providentia medicinam tum incipere, ubi  
humana desinit aut deficit: illis longè animosior Nationibus,  
quæ et si totis eloquentiæ viribus ad tolerantiam mortis ar-  
marunt animos, siccarunt lacrimas, suspiria sustulerunt, nes-  
gaverunt gemitus, incluserunt dolores: nihil tamen aut de  
spe certa, aut de perpetua vita aut de vera noverunt salute.  
Animosiorẽ certè A.C. reddituri estis, si, quã Collega benevo-  
lentiam, Praeceptorì reverentiam, Medico honorem, Chri-  
stiano pietatem, Mæstocordolium debetis, ad cobonestandas  
funeris exequias, quod filio suo post horam hujus diei XII.  
ducturus est, frequenter conveneritis. Convenite igitur  
cum prolubio, matureq, genuinam adversus omnes morbos  
addiscite medicinam. Cur cessas aggredi, graviter monet  
Tertul.

*Tertullianus de Pœnitent. cap. XII. quod scias mederi tibi? Muta quidem animæ & irrationales, medicinas sibi divinitus attributas in tempore agnoscunt. Cervus sagitta transfixus ut ferrum & irrevocabiles moras ejus de vulnere expellat, scit sibi dictamno medendum. Hirundo si excacaverit pullos, novit illos oculare rursus de sua chelidonia. Nulla verò melior est medicina, quam mortis meditatio: quæ & causam mortis inquirit, eiq; Medici Israelis salvifico, quo præstantius propinari pharmacon quitum non est, sanguine medetur: & quæ vim ejus in omnes promiscuè grassantem agnoscit, pectusq; adversus illam benè vivendo maturrimè confirmat.*

**Si vivis tanquam moriturus, nō  
moreris tum,  
Cum moreris; semper moritur  
qui vivere credit.**

*V. P. P. Eidibus Sextil. anni M. Id cxxiv.*

**M. P. E.**

Ja 666

ULB Halle 3  
002 177 021




5b-700

Von 7

MC







53  
62

TOR  
 E FRANCO-  
 CANÆ  
**OPHORUS**  
 RGUS  
 ocess. Pub. Omnis Mar-  
 esiaë Francofurt. Pastor, Or-  
 . Senior & p. t.  
 ANUS  
*is exequias*  
*andas*  
*god*  
*ideratissimo*  
**RUDOLPHO**  
*Experientiss.*  
**DUS WEIDNERUS**  
 ocess. Publ. & p. t.  
 ANUS  
 oBregensium in Silesia  
 n Medicus,  
*ianis ducere instituit*  
**ol. litterariæ Ci.**  
 nter invitat.  
*teris.*  
**HARTMANNI,**  
**CHRISTI**  
 C X X I V.